Theoderici

ffred. construxit. Fredericus vero comes, Theoderici comitis patruus, frater Dedonis, cum non haberet mares filios, sed tres filias, Ylebergcivitatem suam eidem Theoderico moriturus dedit, ut de consensu suo, quia heres eius fuit, predium et omne, quod remanserat, filiabus suis traderet. Obiit autem in eadem civitate Epiphania Domini. Huius comitatum et super pagum

Suſzelicz   cz? cz?

Sußelitz potestatem predictus Theodericus comes imperatoris munere post suscepit. Genuit itaque Theodericus comes hos filios scilicet Fredericum, Dedonem et Tymonem Geronem, Conradum, Riddagum et filiam Hiddam. Primus filius Fredericus fuit prepositus Magdeburgensis ecclesie, postea Monasteriensis episcopus. Secundus filius Dedo optinuit marchiam Odonis marchionis, qui heredem non habuit, et duxit uxorem Odam, matrem Ottonis marchionis de Orlamunde, genuitque ex ea Dedonem iuniorem, qui in puericia obiit, et

+f. CCXLVII d

a/ Adelheid   nupsit

duas filias, quarum una Adelheidis nupsit Hernesto marchioni de Bavaria genuitque ei Luppoldum marchionem, altera Bemensem, Agnes quoque nupsit Frederico comiti peperitque ei tres filios scilicet Adelbertum archiepiscopum et Dedonem, fundatores Gosoczensis monasterii quod factum est anno MoLIIIo et Fredericum palatinos comites, et filiam nomine Odam, quam Adelbertus quidam nobilis cognominatus Schencko de Sommerschenberg accepit uxorem. Genuit ex ea Fredericum comitem palatinum seniorem. Defuncto vero Ottone marchione et matre

cognom.